APOLLINIS POLI PLAUSUS
Novem Musarum Parnassi concentu
succinctus
Sub tempus ÆTERNI FOEDERIS NUPTIALIS
Nobil. ac Spectabil.

DN. GIERHARDI THOMÆ,

Consulis Thorunensis Dignissimi,
cum
Nobilißima Domina

REGINA SCHRÖDERIANA,

per
JACOBUM BOCZYŁOWIC
EMINENTISSIMÆ CELSITUDINIS RADZIEJOWIANÆ
Causarum Curiæ Promotorem
in Triumphum resonans.

THORUNII,
Anno Applausûs Connubij DEI-Hominis
1694.



VIVAT
GIERHARD THO-
MAS
cum
REGINA.

APOLLO.

VIve GIERHARD THOMAS. REGINA SCHROEDE-
RIA vive:
Sceptra, Qvibus Cordis, Sacrat Amoris Amor:
Inde Triumphalis ſurgat Tibi ad Aſtra Coloſſus.
REGINA eſt, Animi nonne Corona Tui?

1. Parnaſsi Dea, CLIO

Cujus Officium Facta canere.

Facta cano terris, & non revocabile verbum
Qvod REGINA TIBI nupſit, & inde Tua eſt.

2. Parnaſsi Dea EVTERPE.

Ventorum Gubernatrix.

Omnia Vincit Amor: tulit & hinc Laurea ſerta
THOMA TIBI: Vinctum cor, ſuper Orbe cano.

3. Parnaſsi Dea THALIA.

Cuius munus laudare.

Conſortem Pulchram, ſemper P. qvinq; fatentur;
His REGINA TIBI fert ſuper Aſtra Decus.

4. Par-

4. Parnasſi Dea MELPOMENE.

Cuius munus, Mæſta canere.

Mæſta cano; dùm cor moriens, diſiungit Amorem
Nupſit Amor Morti! Mors, Amor ergo manet!

5. Parnasſi Dea TERPSICHORE.

Qvæ Affectum animat.

Herculis ad Gades, ſtetit Hic, Qvi Cordis ad Ima
Conſtitit ad Metam, jam Tua, THOMA manus.

6. Parnasſi Dea ERATO.

Ex munere Officii ad ſaltum movens.

Fundat Apollo ſonos, Plauſus reſonate Camænæ
THOMÆ, & REGINÆ, dum ſtipulata manus.

7. Parnasſi Dea POLYMNIA.

Manu ac Geſtu Delectat.

Juncta Manus, Manui, me GESTUM nonne fatetur?
Qvod Geſtum, Factum: Finis, Honoris adeſt.

8. Parnasſi Dea URANIA.

Qvæ ſpectat ſydera Cœli.

Augur ego ſuperum: Excelſi Vos Dextra fovebit
Hinc Regina manet, nexa Corona Tibi.

9. Parnassi Dea CALLIOPE.

Heroica Facta canens.

Heroum Virtus, Heroica Facta notavit:
Cordis Victori, Laurea serta fero.

APOLLO Concludit.

Votis, Vota fero, Cor, junctis Cordibus ad-
do,
THOMÆ, & REGINÆ, fœdera Vincta
manent.
Fœdera Vincta manent, qvæ Lauro nexa vi-
renti
His Deus est cordi: sors erit, atqve salus.

